Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

sempiterne deus creator humane reformatorque nature
quam unigenitus tuus in utero perpetue virginitatis as
sumpsit respice nos propicius ut filii tui incarnacione
suscepta inter ipsius mereamur membra numerari
Qui tecum Alie antiphone Nescientes mater virgo virum
peperit sine dolore salvatorem seculorum ipsum regem angelorum
sola virgo lactabat ubere de celo plena antiphona Beatus venter
qui te portavit christe et beata ubera que te lactaverunt
dominum salvatorem mundi alleluia Versus Collecta Deus
qui unigenitum tuum per uterum beate Marie virginis
intactum in hunc mundum manifestare dignatus es
non desit famulis tuis pietatis tue invictissima sa
lus Per eundem Ad Completorium ymnus A solis
ortus Capitulum Apparuit benignitas et humanitas
salvatoris nostri dei non ex operibus iusticie que feci
mus nos sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit Responsorium
Versus Notum fecit dominus salutare suum alleluia In conspectu gencium
revelavit iusticiam suam Evangelium antiphona Glorificamus te dei
genitrix quia ex te natus est christus salva omnes qui te glo
rificant Versus Letentur celi et exultet terra alleluia Collecta Te
deprecamur omnipotens deus ut cuius nativitatem veneramur
in terris ipsius misericordiam conservemur in celis ihesu christi
filii tui domini nostri Qui tecum Hec omnia servetur donec
alie signatur Item de Sancto Stephano Invitatorium Regem
prothomartiris Stephani Venite adoremus dominum ihesum christum
psalmus Venite exultemus In primo nocturno antiphona Hesterna
die dominus natus est in terris ut hodie stephanus nasceretur
in celis psalmus Beatus vir antiphona Qui enim corpori suo virginis
preparavit uterum ipse martiri suo aperire dignatus est psalmus
Quare fremuerunt antiphona Presepis angustia christum portavit
infantem immensitas celi stephanum triumphantem suscepit psalmus
Domine quid multiplicati sunt Versus Gloria et honore coro
nasti eum domine Sermo beati fulgencii Lectio prima
Fratres Karissimi Heri celebravimus temporale
sempiterni regis nostri natalem Hodie celebramus
triumphalem militis passionem Heri enim rex
noster trabea carnis indutus de aula uteri
virginis egrediens visitare dignatus est mundum
Hodie miles de tabernaculo corporis exiens trium